

SUMMARIA

Capitulorum MMDXXIX. in præxaratis Titulis contentorum, utilibus notis inſperſa.

Ex quibus non modo quamplurimum Decretalium conciliationes, ſed etiam earundem correſiones & reſpective ampliaciones factæ ſum a poſterioribus Decretalibus, ſum a Sac. Concilio Tridentino, & Apoſtolicis Conſtitutionibus, innotescunt.

IN LIBRO PRIMO GREGORII PAPÆ IX. Continetur Tituli XLIII.

De Summa Trinitate, & Fide Catholica.

TITULUS I. Continens II. CAPITULA.

Cap. I. Firmiter (1) De Trinitate, & ipſius Operibus, de Fide, & Articulis Fidei.
Cap. II. Damnamus. (2) Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus vera unione, non collectivâ, ſeu ſimilitudinaria, ſunt una eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura, quæ ſubſtantia non eſt generans, nec genita, nec procedens, quia illi actus non attribuantur ſubſtantia, ſed Perſonis: Nec per hoc in Trinitate concluditur Quaternitas. Contrarium ſentientes, ut Hæretici ſunt cenſendi; niſi ab errore reſipiant, & correſioni ſedis Apoſtolicæ ſe ſubponant.

IN SEXTO Lib. I. ſub eodem Titulo.

Cap. Unicum. Fidei. (3) Spiritus Sanctus æternaliter a Patre, & Filio tanquam ab uno principio, & unica ſpiratione procedit.

IN CLEMÉNTINIS Lib. I. ſub eodem Titulo.

Cap. Unicum. Fidei. (4) Factur Concilium unicum Dei ſilium in eſſentia Dei æternaliter ſubſiſtente, verum corpus humanum aſſumpſiſſe de Virgine, & in coſpſum, & jam mortuum, lancea perforatum; approbans in hoc ordinem quem tradidit Evangelista Joannes.

Reprobans, & hæreticam judicat doctrinam, quæ habet, quod ſubſtantia animæ rationalis, ſeu intellectivæ vere, & per ſe humani corporis non ſit forma.

Aſſertens conſtitutum unum Baptiſma, ſicut unum Deum, & unam Fidem: approbat opinionem; quæ habet per illud conſerti etiam parvulis, quoad habitum, informantem gratiam, & virtutes.

Qui tenentur ad Fidei profeſſionem, & quam penam incurrant eam emittentes, vide mox Additiones Lib. I. hoc eod. tit. poſt n. 4.

DE CONSTITUTIONIBUS.

TITULUS II. Continens XIII. Capitula.

Cap. I. Canonum ſtatuta. (5) Juris Canonici ſtatuta omnes ligant, & eorum ritu tam in pronunciando, quam in decidendo judicia ſunt regulanda.

Cap. II. Cognoscetes. (6) Conſtitutio reſpicit futura, & non præterita.

Concordat cap. 13. infra.

Cap. III. Tranſlatio. (7) Præcepta legis veteris tranſlati Sacerdotio hodie non obligant. Potestas legem conſendi, & mutandi eſt penes Vicarium Chriſti; & quod de uno connexorum ſtatuitur, ad aliud connexum extenditur.

Cap. IV. Nam concupiſcentiam. (8) Omne prohibitum a lege peccatum eſt, & omne illud, quod ſequitur ex eodem.

Cap. V. Ne inſanaris. (9) Conſtitutiones Decretorum ſingularibus ſunt opinionibus præferendæ.

Cap. VI. Cum omnes. (10) Non valet Conſtitutio Collegii in damnationem alicuius, & commodum alicuius, ceſſante rationabili cauſa.

Vide correſionem Elencho II. n. 1. Vel ſic: Abſque rationabili cauſa non poteſt major pars

(1) Innoc. III. in Conc. Gen. Lateran. IV.
(2) Clem. VIII. in Conc. Plen.
(3) Greg. X. in Conc. Gen. Lugdun.
(4) Greg. IX. in Reg. lib. 7. Ep. 1. ad Roman. Ep. Nepoſit.
(5) Greg. IX. in Reg. lib. 7. Ep. 1. ad Roman. Ep. Nepoſit.
(6) Greg. IX. in Reg. lib. 7. Ep. 1. ad Roman. Ep. Nepoſit.
(7) Greg. IX. in Reg. lib. 7. Ep. 1. ad Roman. Ep. Nepoſit.
(8) Greg. IX. in Reg. lib. 7. Ep. 1. ad Roman. Ep. Nepoſit.
(9) Greg. IX. in Reg. lib. 7. Ep. 1. ad Roman. Ep. Nepoſit.
(10) Greg. IX. in Reg. lib. 7. Ep. 1. ad Roman. Ep. Nepoſit.

Capituli tollere conſuetudinem, utilitatem privatam nutriendo.

Cap. VII. Quæ. (11) Conſtitutio Laicorum Eccleſiam, ſeu ejus bona non adſtringit.

Cap. VIII. Cum acceſſione. (12) Dignitas ſublata de Eccleſia per ſtatutum Capituli confirmatum per Papam, ulterius non cenſetur vacare, niſi per contrarium actum ſtatutum fuerit revocatum.

Cap. IX. Cum M. (13) Non obſtante certo Canonico numero, etiam per Papam confirmato, providendum eſt receptis ultra numerum de ſuperexceſſibus fruſtribus, maxime ſi voluntarie per Canonicos fuerint recepti.

Quomodo canonici poſſint Canonici ſupranumerarii, vide Elencho hoc eod. c. n. 6.

Cap. X. Eccleſia. (14) Statutum generale Laicorum ad Eccleſias, vel Eccleſiaſticas perſonas, vel earum bona in earum prejudicium non extenditur; nec ſpecialia, etiamſi earum commodum, & favorem concernant.

Cap. XI. Ex litteris. (15) Poena ſimpliciter poſita propter contumaciam, in dubio intelligitur temporalis, & non perpetua.

Cap. XII. Ex parte. (16) Non poſſunt Canonici ſine cauſa reſtringere numerum Canonicoꝝ, ſeu Præbendam.

Vide moderacionem Elencho II. n. III.

Cap. XIII. Quomodo. (17) Conſtitutio futura reſpicit, & non præterita, niſi in eadem de præteritis caveatur.

Quomodo prima pars concordat cap. Cognoscetes i. ſupra.

IN SEXTO Lib. I. ſub eodem Titulo continetur duo Capitula.

Cap. I. Licet. (18) Nova Conſtitutio Principis tollit primam contrariam, quamvis id non exprimat. Specialia conſuetudines, & ſtatuta rationalia non tollit, niſi id exprimat.

Cap. II. de animarum. (19) Statuta Ordinariorum non ligant probabiliter ignorantes. Statutum Epicoꝝ extra ſuam Dioceſim ſubditum non ligat.

Prima pars loquitur de ſententiis laici ſub pena cenſuræ, qua non ligantur ignorantes, dummodo ignorantia non ſit craſſa, vel ſupina, ut in textu ſecunda pars declarat cap. A Nobis 21. de ſentent. excom.

DE RESCRIPTIS.

TITULUS III. Continens XLIII. Capitula.

Cap. I. Siens. (20) Privilegio generali ſecundum jus commune obtento obſtat reſcriptum ſpeciale, etiam de eo mentionem non faciens.

Cap. II. Ex parte. (21) In reſcripto Apoſtolicò ſubintelligitur clauſula Si preces veritate nitantur. Eſt reſcriptum prohibet cauſæ cognitionem, eſt de falſitate ſuſpectum.

Vide correſionem Elencho I. n. I.

Cap. III. Ceterum. (22) Si in ſecundo reſcripto per ad-

(11) Item Ep. Cæſaren.
(12) Item Clem. VIII.
(13) Item Clem. VIII.
(14) Item Clem. VIII.
(15) Item Clem. VIII.
(16) Honor. III. Ep. ad Cantuari. Ep. & Cantuari. Ep. & Cantuari. Ep.
(17) Greg. IX. in Reg. lib. 7. Ep. 1. ad Roman. Ep. Nepoſit.
(18) Greg. IX. in Reg. lib. 7. Ep. 1. ad Roman. Ep. Nepoſit.
(19) Greg. IX. in Reg. lib. 7. Ep. 1. ad Roman. Ep. Nepoſit.
(20) Greg. IX. in Reg. lib. 7. Ep. 1. ad Roman. Ep. Nepoſit.
(21) Greg. IX. in Reg. lib. 7. Ep. 1. ad Roman. Ep. Nepoſit.
(22) Greg. IX. in Reg. lib. 7. Ep. 1. ad Roman. Ep. Nepoſit.

verſarium impetrato non fiat mentio de primo, valet primum, & non ſecundum; alias valet ſecundum: & ſi primum ſuit impetratum communi conſenſu Partium, non valet ſecundum impetratum per alteram partem, hoc tacito.

Hodie ex Regula 18. Cancellaria de jure quaſito non tollendo non ſufficit, ut in ſecundo reſcripto fiat mentio de primo cum illius qualitatibus, ſed ulterius requiritur, ut nominatio eidem Regula derogetur.

Cap. IV. Inter. (1) Si Papa mandat in reſcripto de duobus inquiri alternative ad certum effectum conſequendum, ſufficit alterum probari.

Cap. V. Si quando. (2) Iſ, ad quem reſcriptum Papæ dirigitur, debet illi parere, vel cauſam rationabilem assignare, quare parere non poteſt.

Prælati impediētes executionem Reſcripti Papæ, prius ſunt juſtitiæ per tres meſes ex Coſtit. Martini V. Quod antidota. Alii vero incurſum excommunicationem & interdictum ex Coſtit. Alexandri VII. Romanus. Et ex Coſtit. Leonis X. In ſupremo. declarantur nulla quæcumque alia contra executionem ejuſdem Reſcripti. Lata eſt etiam excommunicatione in Bulla Cæſar. 26.

Cap. VI. Cum ordinem. (3) Ciliſcienſes ſunt privilegati, quod non poſſunt conveniri per reſcriptum Papæ, niſi in eo fiat mentio de eorum Ordine.

Cap. VII. Eam te. (4) Si Sede vacante ſcribitur Capitulo, ut gerenti vices Epicoꝝ, ut præbendam alicui conſerat, ſi creatur Epicoꝝ, nondum exequo mandato, & ad eum ſpectat collatio Præbendarum, illud adimplere tenetur.

Cum hæc Decretal. ſit valde involuta, vide Elencho hoc eod. c. & correſionem Elencho II. n. IV.

Cap. VIII. Ad aures. (5) Non valet reſcriptum impetratum ad beneficia, ſi in eo taceatur dignitas impetrantis.

Cap. IX. Si aures. (6) Valet ſecundum reſcriptum impetratum ab adverſario, licet non faciat mentionem de primo, ſi primus impetrans dolo, vel negligentia non ſuit uſus illo.

Cap. X. Ad hæc. (7) Non valent reſcripta per quæ inter Judices dantur, vel futura negotia committuntur.

Cap. XI. Ad audienciam. (8) Falſa latinitas vitiat reſcriptum Papæ.

Cap. XII. Ex parte. (9) Contra ſecundum reſcriptum non poteſt opponi de taciturnitate primi impetrati per appellatorem, de ſua appellatione non habita mentione.

Cap. XIII. Scleritatis. (10) Reſcriptum, quo ſcribitur pluribus cum clauſula quod ſi non omnes &c. intelligitur tam de impotentia facti, quam Juris.

Cap. XIV. Paſtoralis. (11) In quaſtione revocationis reſcriptorum recurritur ad Arbitros, ſi Judices in cognitionem ſibi non deferant, nec in vicem concordent.

Per generalem clauſulam poſitam in reſcripto, Delegatus ante expreſſionem perſonarum, vel rerum, jurisdictionem habet in habitu, & non in actu. Et ſpecialia litteræ derogant litteris generalibus ſuper non ſpecificatis in eis, quantum de illis nullam faciunt mentionem.

Cap. XV. Senes. (12) Per generalem clauſulam Quidem alii, & res alia. multitudine eſſentiam non includitur, nec perſonæ, nec res majores expreſſis, ſed pares, vel minores.

Cap. XVI. Ex renore. (13) Qui contra unum ſuper eodem ad diverſos Judices diverſa reſcripta impetrat, & eis utitur, perdit commodum utriuſque.

Cap. XVII. Cum adeo. (14) Non valet reſcriptum ad beneficium impetratum, de beneficio impetrantis non faciens mentionem.

Cap. XVIII. Cauſam. (15) Ordo reſcripti interpretationem recipit a jure communi.

Sed quando agitur de jure quaſito non tollendo, attendenda eſt Regula 18. Cancellaria juxta notam cap. 3. ſupra.

Cap. XIX. Conſentens. (16) Non valet impetratio in Eccleſia numerata, non facta de numero mentione, ſi per eam frangitur numerus Canonicoꝝ, licet non frangatur numerus Præbendarum; & proceſſus inde factus eſt nullus.

Cap. XX. Super. (17) Exprimens falſum vel tacens, ve-

(1) Item Eboracen. Archiep.
(2) Item Rotomagn. Archiep.
(3) Item Rotomagn. Archiep. & Abb. Monaſt. Clervienſis. de Comit.
(4) Item Turenſis. Ep. & Cantuari. Ep.
(5) Luceus III. Ep. & Lincolnienſis. Ep.
(6) Item Norwicenſis. Ep.
(7) Item.
(8) Item.
(9) Clem. III.
(10) Coſt. III.
(11) Innoc. III. Elencho II. n. VII.
(12) Item Senonenſis. Archiep.
(13) Item R. Cantuari. & R. Priori de Monte Leproſor. & L. de 53. g. Canon. Rotomagn.
(14) Item Aſtolan. Archiep.
(15) Item eſſeſto Decano, & N. Canon. Cameracen.
(16) Item Archiep. Senonenſis.
(17) Innoc. III. in Conſtit. S. Eliciti Pſchaven.
P. Remigii & S. Erſmo. Pars I.

rum in reſcripto, ſi maliſioſe, caret proſus impetratis; ſed ſi per ſimplicitatem, vel ignorantiam, aut obtinuiſſet veto expreſſo, & ſuppreſſo falſo, ſaltem litteras in forma communi, Delegatus procedat ſervato juris ordine, & non ſpeciali forma reſcripti: ſecus ſi nullo modo litteras habuiſſet.

Vide explanationem in Aſtolore hoc eod. tit. n. II.

Cap. XXI. Educere. (18) In cauſa Monaſterii convenitur Abbas per reſcriptum, in quo nulla fit mentio de Conventu, nec propter hoc appellari poteſt, niſi Abbatis, & Conventus bona eſſent diſtincta omnino.

Circa Monaſteria commendaſta, in quibus bona ſunt diſtincta, vide Coſtit. Gregorii XIII. Suprema §. 9. & an Commendatarii poſſint ſe immiſcere in conventibus regularibus inſtituta, vide Coſtit. Innoc. X. Paſtoralis.

Cap. XXII. Cum dilata. (19) Proceſſus factus per litteras ſubreptitias irritatur, ſed factus contra fornam reſcripti irritus nunciatur.

Cap. XXIII. Elerumque. (20) Valet ſecundum reſcriptum, licet de primo non faciat mentionem, quo uti nolit impetrans intra annum.

Cap. XXIV. Cum conſingas. (21) Si a Delegato aliquid mandatur Ordinario, debet humiliter exequi. Sed ſi alius Delegatus per alias litteras poſt executionem mandat contrarium, vel ſi ante executionem innotuerit Ordinario, inter Delegatum, qui mandavit, & alium contentione eſſe de jurisdictione, ſi alium utrumque litterarum copiam exhiberi, non ut jurisdictionem agnoſcat, ſed ut ſe informet, an per ſecundas revocetur prima. Et ſi prima revocetur, exequatur ſecundum mandatum. Si autem non revocetur, vel de hoc dubitet, non exequatur ſecundum mandatum, donec contentio de jurisdictione terminetur.

Cap. XXV. Oim. (22) Quando in reſcripto plura narrantur diverſos effectus operantia, non ſufficit impetranti alterum ſolum probare ad utrumque effectum conſequendum.

Cap. XXVI. Dilata. (23) Non valet reſcriptum ſuper reſtitutione beneficii impetratum, quod de cauſa excommunicationis, & amonitionis impetrantis non facit mentionem.

Cap. XXVII. Poſtulaſti. (24) Per litteras juſtitia non tenetur Epicoꝝ providere habenti perpetuum Vicarium, vel ſufficiens patrimonium. Nec valet litteræ gratia ad beneficium obtinendum, in quibus impetrans tacuit perpetuum Vicarium.

Cap. XXVIII. Nonnulli. (25) Per litteras Apoſtolicas de hac Conſtitutione mentionem non facientes non poteſt quæſi trahi ultra duas dietas extra ſuam Dioceſim, niſi de conſenſu Partium litteræ fuerint impetratæ.

Vide correſionem Elencho II. n. II.

Non valet litteræ ad lites impetratæ ſine ſpeciali mandato Domini, niſi impetretur per conjunctam perſonam.

Cap. XXIX. Diſceſſus. (26) Si occasione duorum reſcriptorum, unus ſcilicet in cauſa principali, alterius in cauſa appellationis contentitur, non Judex ſuper principali, ſed Deputatus ſuper appellatione cognoscere debet de validitate appellationis.

Vide correſionem Elencho II. n. V.

Cap. XXX. Capitulum. (27) Si plures impetrant in eadem Eccleſia, ſtatutæ datæ, ut primus impetrans præferatur, & ſolus admittatur.

Vide correſionem Elencho II. n. VI.

Cap. XXXI. Ad audienciam. (28) Si habens litteras Papæ ad beneficium, eis propter annuam penſionem renuntiat, non valet litteræ beneficiales per eum, hoc tacito, impetratæ. Iſtæ ſententiæ de hujusmodi renuntiatione.

Cap. XXXII. In noſtra. (29) Receptus per litteras Apoſtolicas, licet præbendam expectet per alias litteras hoc ſupprimentes, in alia Eccleſia recipi non debet.

Vide correſionem Elencho II. n. VII.

Cap. XXXIII. Ex parte. (30) Non valet reſcriptum, quod Procurator revocatus, & de hoc certificatus extra judicium impetravit: ſecus tamen ſi in judicio, dummodo revocatio ad noticiam adverſarii, vel Judicis non pervenerit.

(18) Item Abbati, & Conventui Tremonſtraten.
(19) Item Archiep. & Magiſtro P. P. Canon. Magdeburgen.
(20) Item.
(21) Item G. de Vallibus, & Magiſt. G. & T. de Firmis. Canon. Londaneſis.
(22) Item Ep. Imden.
(23) Item Ep. Uratiſyn.
(24) Item in Conſ. gener.
(25) Honor. III. Cantuari. Archiep.
(26) Item Ep. & Archidiacon. Legion.
(27) Item Floriacen. Archiep. Apoſt. Sed. Legat.
(28) Greg. IX. Medial. Archiep.
(29) Item Ep. Sionanenſis, & Abb. Caroli Iul.
F

Cap. XXXIV. *Significante.* (1) Rescriptum impetratum contra hominem alicujus Diocesis, non extenditur ad hominem ejusdem nominis alterius Diocesis.
 Cap. XXXV. *Rescriptum.* (2) Per rescriptum impetratum contra homines Diocesis, non possunt conveniri homines Civitatis.
 Cap. XXXVI. *Significandi.* (3) Si conveniendus per clausulam. *Mortuus re integra*, succesor conveniri non potest.
 Cap. XXXVII. *Ex infestatione.* (4) Non valent littere executorie, in quibus impetrans falso dixit monitorias processisse.
 Cap. XXXVIII. *Mandatum.* (5) Cessantibus clausulis, in dubio Papa non intendit gravare eundem collatorem super provisione suorum; ideo secundus impetrans repellitur, sive primus expectet, sive sit jam gratiam consecutus.

Vide correctionem Elencho II. n. VIII.
 Cap. XXXIX. *Litteris.* (6) Ecclesia, in qua Papa primus dedit monitorias, & secundus (*intellige Papa successor*) executorias; per primum, non per secundum intelligitur gravata.
Vide correctionem Elencho II. n. IX.
 Cap. XL. *Abbas.* (7) Diocesanus, cui scribitur, ut in Diocesi sua, ubi pro alio scriptum non est, provident, vel faciat provideri, non potest id exequi circa beneficium spectans ad collationem alterius jam pro alio gravati.

Vide correctionem Elencho II. n. X.
 Cap. XLII. *Ab excommunicato.* (8) Per rescriptum directum Excommunicato, ut absolvetur excommunicatum, si contra Concilium eum excommunicavit, datus executoribus, qui eo non parente exequantur, non Excommunicato, sed executoribus cognitio demandatur.
 Cap. XLIII. *Si proponere.* (9) Si impetrans rescriptum ad beneficium, dixit se non beneficiatum, cum tamen haberet beneficium, licet exiguum, non valet rescriptum.
 Cap. XLIII. *Quis nonnulli.* (10) Abutentes rescripto Apostolico in sequentibus casibus privantur commodo rescripti, & condemnantur in sumptibus, & damnis advertatis.

1. Si quis rescriptum nomine suo obiectum alteri ejusdem nominis tradidit. 2. Si vi rescripti obtenti trahat ad iudicium illum, contra quem nullam habet questionem. 3. Si rescriptum extendat ad negotium tempore obtentum rescripti nondum exorta. 4. Si trahat reum ad diversos iudices super uno negotio. 5. Si super pluribus personis actionibus coram diversis Delegatis trahat eundem reum. 6. Si reus eodem tempore trahat actorem ad diversa loca, vel indeterminata ad locum habentem commune nomen cum pluribus aliis.

Vide ampliationem infra cap. Dispensata 3.
 IN SEXTO Lib. I. sub eodem Titulo, continetur XV. Capitula.

Cap. I. *Ipsa jure.* (11) Rescriptum impetratum ab excommunicato est ipso jure nullum, & inde sequitur, nisi impetratum fuerit super articulo excommunicationis, vel appellacionis.

Cap. II. *Cum in multis.* (12) Per clausulam *Quidam alii* possunt soli quatuor conveniri, quorum nomina in primo citatorio exprimitur, ne variationi sit locus.

Intellige, quando delegatur inquisitio ad preces illius, qui passus est injuriam ab aliqua persona nominatim expressa, & ab aliis, sed nominatim non expressis.

Hic Cap. ampliativè. Quia nonnulli 43. supra, quoad nullitatem processus, & quoad reum favore alterius, ut Glos. verb. Ampliantes.

Cap. III. *Dispensata.* (13) Si actor contra reum super pluribus actionibus personalibus litteras impetrat ad diversos, non valent littere, nec processus eorum, & reo condemnabitur in expensis; & idem in reo conveniente, vel reconveniente actorem, eodem durante iudicio.

Secus in rebus, pro quibus impetrari possunt littere ad diversos iudices, si rei sunt ad invicem remota; sed circa hoc hodie attendendum est cap. Statutum 11. infra, quando reus trahendus est ultra annum dictum.

Cap. IV. *Cum aliquibus.* (14) Rescriptum per litteras facultatis, si ad recipientes spectabat receptio, ipsorum, & non Papæ auctoritate intelligitur esse receptum; nisi in litteris aliud esset expressum. Si autem receptio non

(1) Item Decan. & Magist. G. Canon Leodien.
 (2) Item Petrus de Landuan. & Succentor Rotomagen.
 (3) Item Ab. S. Jacobi.
 (4) Item Abbat. S. Piffar.
 (5) Item Notum. Episc.
 (6) Item.
 (7) Item.
 (8) Item.
 (9) Item.
 (10) Item Episc. Parisien.
 (11) Item.
 (12) Innot. IV. in Cons. Lugdun. an. 1245. in Gallico.
 (13) Item in eodem.
 (14) Bonifac. VIII.

spectabat ad eos, tunc Apostolica auctoritate dicitur receptus.

Cap. V. *Si gratias.* (15) Rescriptum papale, quod conceit promotio retentionem priorum beneficiorum usque ad beneficium Papæ, extinguitur mortuo Papa; secus si ibi dicitur, usque ad beneficium Apostolicæ Sedis: nec intelligitur tale rescriptum de beneficiis prius non canonice detentis.

Cap. VI. *Suscipiam.* (16) Vacatio per mortem, & vacatio per renunciationem sunt diversæ, & ideo in litteris ad beneficia impetratis, uno expresso, non venit reliquum.

Cap. VII. *Gratia.* (17) Licet ignorans beneficium sibi collatum, in impetratione alterius illius mentionem non fecerit, valent littere, alterum tamen eligit, si de jure simul teneri non possunt.

Cap. VIII. *Quamvis.* (18) Si restituitur quis ad gratiam revocatum, sine alterius præjudicio intelligitur restitutus, unde alteri ante restitutionem impetranti præferri non debet.

Cap. IX. *Si eo tempore.* (19) In litteris ad beneficia impetratis inspicitur tempus dæe, unde per illas beneficium curatum obtinere non poterit, qui licet nunc sit major ætate, tamen tempore, quo beneficium curatum vacavit, minor erat.

Vide notata supra Cap. Capitulum 30. in Greg.

Cap. X. *Si propter.* (20) Gratia generalis non præjudicat speciali, & debet facere mentionem de precedenti privilegio, consuetudine, vel statuto.

Cap. XI. *Statutum.* (21) Causæ ab Apostolica Sede, vel ejus Legato committit debent Dignitatem obtinentibus, vel Canoniciam Ecclesiæ Cathedralis: nec tractari debent, nisi in Civitatibus, vel locis insignibus.

Vide ampliationem Elencho III. n. I. & innovationem Elencho IV. n. I. ad notata Elencho VI. n. CXL.

Actore, & reo ejusdem Diocesis existentibus, causa committi non debet extra illam, nisi in sex casibus, in quibus tamen reus non trahatur ultra unam diocem; & nisi in duobus ultimis casibus impetrans per juramentum fidem fecerit de illis, repellatur a iudice, & in expensis condemnabitur.

Causæ sunt. 1. Quando alio dirigenda est ab Episcopo contra aliquem de sua Diocesi. 2. vel ab aliquo contra eundem Episcopum. 3. vel contra eum Capitulum. 4. vel contra Universitatem Civitatis, Villæ, vel Castri. 5. Si aliter non audiret Civitatem, vel Diocesim intrare. 6. Si hoc adversus potentiam prohibentem perhorrescens cum secum negotium in Diocesim convenire.

Actor contra reum diversæ Diocesis debet impetrare Delegatum, vel in Diocesi rei, vel in alia non propria, nec ultra unam diocem distans.

Delegatus extra locum commissionis, nec Partes citare, nec causas cognoscere potest sine expresso Partium consensu, nec subdelegare locis, vel personis aliis, quam supra expressis.

Delegatus nihil debet a Partibus recipere, nisi exultentium, & poculentum libere obtulatum, quod paucis possit consumi diebus, vel moderatas expensas, si non sint pauperes, quando pro necessitate, vel utilitate non maliciose extra domicilium pergeret.

Quamvis tunc loquens de Delegato Papa, procedit tamen etiam in Delegatis Ordinariorum Cap. Cum ab omni 10. de vit. & honest. Clerici.

Delegatus, nisi indigeat, non assumat Assesorem, alias de suo illi provideat. Si eget, non suspectum Partibus assumet, cum moderato salario a Partibus solvendo.

Delegatus taxare debet salarium Notariorum, nec participare debet cum ipsis, vel Assessoribus in salario.

Delegatus recipiens aliquid contra prohibitionem hujus capituli teneri restitueri, non obtinente dantis remissione. Delegatus non debet vocare testes, nisi statat causa requirente, & producent illis administrare debet expensas in veniendo, stando, & redeundo.

Gesta contra hanc Decretalem sunt ipso jure nulla.

Cap. XII. *Tibi.* (22) Sola preventa presentatio, & receptio in Canonico secundi impetrantis in eadem Ecclesia, non excludit primum impetrantem a præbenda vacante tempore sue receptionis, vel post a vacante ante suam receptionem, vel presentacionem; & hoc si per processum executionis, vel interpositionem decreti pro primo impetrante affecta extiterat, nisi dolo, vel negligentia excluderetur ab eadem.

Vide correctionem Elencho II. n. XI.

(15) Item.
 (16) Item.
 (17) Item.
 (18) Item.
 (19) Item.
 (20) Item.
 (21) Item.
 (22) Item.

Cap.

Cap. XIII. *Si pro te.* (1) Si primo sub conditione provideri mandatur, & secundus pure impetrans, prius quam venit conditio a Papa, vel excoquire suo canonice obtineat in assignatione præbende, primo præfertur.

Vide correctionem supra.
 Cap. XIV. (2) Sciat quomodo procedendum sit, quando inter duos impetrantes eadem die litteras super provisione simili eis faciendi non apparet prioritas impetrationis.

Vide correctionem Elencho II. n. XII.

Cap. XV. *Quia.* (3) Omnes indulgentie concessæ a Bonifacio, vel suis Prædecessoribus, Clericis de percipiendis perpetuo fructibus suorum beneficiorum in absentia, sine revocata, & profectur Papa, se illas in posterum non daturum.

IN CLEMENTINIS Lib. I. sub eodem Titulo & ibi tit. II. continetur V. Capitula.

Cap. I. *Abbas.* (4) Major Prelatus pro prioratibus, & aliisque locis sibi subiectis, etiam si sint de mensa, reum convenire non potest per rescriptum Apostolicum, nisi, ubi possent Administratores membrorum. Contrastiens in expensis, & interesse punitur, & processus est irritus.

Cap. II. *Esq.* (5) Principales Officialis Episcopi, & Prior canonici, licet obedientiaris, delegari possunt a Papa. Officialis vero foraneus, vel Prior claustralis, non.

Vide ampliationem Elencho III. n. II.

Cap. III. *Auditor.* (6) Auditor in Romana Curia deputatus a Papa, de beneficio, quod pronunciat alicui de jure fore debitum, poterit sibi absque commissione alia, ut evitetur circuitus, providere.

Cap. IV. *Gratia.* (7) Expectans beneficium, perdit gratiam, si consequitur aliud, quod cum illo, quod expectat, de jure tenere non potest.

Vide correctionem supra Cap. Tibi 12.

Cap. V. *Litteras.* (8) Gratia super vacatura non comprehendit beneficium post datam in substantia creatum.

Vide correctionem Elencho II. n. VI. ad XII. circa mandata de providendo beneficia vacatura.

TITULUS IV. De Consuetudine continetur XI. Capitula.

Cap. I. *Consuetudines.* (9) Consuetudo inferens gravamen Ecclesiis, debet iudicis officio tolli.

Circa qualiter gravaminis, qui remittitur iudicis arbitrio adjudicanda, attendenda est Constit. Urbanæ VIII. Romanus Pontifex 5. Jan. 1641. scilicet, & in quibusdam, que consuetudinibus Xistensæ præjudicialibus.

Cap. II. *Ex litteris.* (10) Ex consuetudine potest induci actus, sive solemnitas, per quam sine apprehensione reali transferitur possessio rei absentis.

Cap. III. *Ad nostram.* (11) Non valet consuetudo, ut in causis ecclesiasticis dicitur populi per sententia reneatur.

Cap. IV. *Quæro.* (12) Consuetudo non potest operari, ut Clericus non Episcopus possit exercere ea, que sunt reservata Ordini Episcopali.

Vide ampliationem Elencho III. n. III.

Cap. V. *Cum inter.* (13) Non valet consuetudo, per quam interdicti sententia violatur.

Cap. VI. *Cum olim.* (14) In attribuentis officii novæ dignitatis servatur consuetudo vicinam Civitatum, quæ si diversa fuerit, servabitur magis rationalis, & alii non præjudicantis.

Cap. VII. *Cum venerabilis.* (15) Non potest induci ex consuetudine, ut quis possit divitire dignitatem sine Superioris licentia, vel ut possit electus administrare, non habita confirmatione a preloctore.

Cap. VIII. *Cum dilectus.* (16) De consuetudine potest induci, quod una Ecclesia de gremio alterius teneatur sibi Prelatum eligere. Et consuetudo est optima legum interpretis.

Ex Clement. I. de Elect. & cap. Abbas de Verbor. signific. Monachus diversæ Religionis, vel habitus nequit eligi in Abbatem alterius Religionis, & quidem sub pena nullitatis.

Cap. IX. *Cum consuetudinis.* (17) Capitulum sine Episcopo statuta, seu consuetudines novas facere, vel antiquas immutare non potest.

(1) Item.
 (2) Item P. in Cons. Pim. an. 1322.
 (3) Greg. IX. in Regula.
 (4) Innot. III. Archiep. & Cap. Lugdun.
 (5) Item Episc. Pavorien.
 (6) Item Lucio Piv. Tape apud Constantinop.
 (7) Item Decano, & Cap. Cennanen.
 (8) Item Episc. Bithun.
 (9) Item Curvæ. Cælestin. Managles.
 (10) Item Decano Salsubien. A. Archidiacon. & Magistro P. Paul. Canon. Parisien.
 (11) Honor. III. Parisin. Cap.
 (12) Remigii n. S. Erasmo. Pars I.

Cap. X. *Ex parte.* (18) Non valet consuetudo, per quam quis inducitur ad peccandum, vel bona propria dilapidandum.

Cap. XI. *Cum tanto.* (19) Consuetudo non derogat juri naturali, seu Divino, cuius transgressio peccatum inducit; nec positivo, nisi sit rationabilis, & præscripta.

IN SEXTO Lib. I. sub eodem Titulo, continetur IV. Capitula.

Cap. I. *Consuetudinem.* (20) Præterita consuetudinis, etiam jurata, vel quocumque tempore observata, non potest quis, nisi unicum personatum, dignitatem, vel aliud perpetuum officium simul cum canonica, & præbenda in aliqua Ecclesia absque dispensatione obtinere, vel jam obtenta tenere, & contra præsumptum irritum est omnino.

Concordat Trident. sess. 7. cap. 2. & 4. & sess. 24. c. 17. de refor. & Extravagan. Execrabilis §. Si verus, & Quæ omnia hoc est. tit.

Cap. II. *Non potuit.* (21) Non valet consuetudo, quod ab Officiali Episcopi ad Episcopum appelleretur.

Cap. III. *Non est.* (22) Valet consuetudo præscripta, quod Episcopus in inquirendo, puniendo, & corrigendo subditorum excessus sui Capituli consilium requirere non teneatur.

Cap. IV. *Can in tua.* (23) Per rescriptum Apostolicum, quod præbenda primo vacatura mandabatur alicui provideri, laudabilis illius Ecclesiæ consuetudo non tollitur. Hinc est, quod si ibi est consuetudo, quod antiquiores Canonici vacantes præbendas possint optare gradum, illo non obstante mandato poterit antiquior vacantem optare præbendam, & expectat per viginti dies optare volentibus, Executor de non optata providebit eadem; Si autem præbendam vacantem in Curia Papa conferret, tunc illam antiquior optare non poterit.

Vide correctionem Elencho II. n. III.

IN EXTRAVAGANTIBUS COMMUNIBUS Lib. I. sub eodem Titulo, & ibi I.

Cap. unic. *Saper.* (24) Consuetudo impediens, ne Legati Sedis Apostolicæ recipientur, non valet, & illa non obstante, Legati ipsi sunt ab omnibus recipiendi; & eos impediens, ipso facto excommunicationem incurrit, & eorum Terra ecclesiastico subijctum interdictio.

Ista excommunicatio est Papa reservata ex Bulla Cæcilia S. 11. c. 16.

DE POSTULATIONE PRELATORUM.

TITULUS V. continens VI. Capitula.

Cap. I. *Ad hoc.* (25) Impostulabilis est, qui violat interdictum.

Cap. II. *Gratum.* (26) Qui postulationem non admittam a Papa vitio persone iterum nititur postulare, est eligibilis, & postulandi & potestate privatus.

Cap. III. *Bona memoria.* (27) Postulatio, per quam privata, vel minor utilitas communi, vel majori præfertur, vel que sit a minori, quam a tertia parte Collegii admitti non debet.

Cap. IV. *Bona memoria.* (28) Archiepiscopus in Archiepiscopum postulat. Et ex quo postulatio præsentata est Papæ, non possunt postulantibus ea recedere, sed debet Superioris Judicium expectari.

Cap. V. *Postulationem.* (29) Postulatio, contra quam agitur de contempto, potest sine præjudicio alicujus reijci: potest tamen de speciali gratia admitti.

Cap. VI. *Esq.* (30) Episcopus non est eligendus ad aliam dignitatem, sed postulandus.

IN SEXTO Lib. I. sub eodem Titulo.

Cap. unic. *Perpetua.* (31) Si quis eligat postulando, vel postulandum, vel in postulandum, vel postulet eligendo, vel eligendum, vel in eligendum; talis electio, vel postulatio est irrita ipso jure. Si autem dicat, eligo, & postulo, prout melius de jure valere potest, idem; nisi prohiberit dubitaretur, an esset eligendus, vel postulandus, & tunc consensus tempore eligatorem viam, electionis felicitet, vel postulacionis, qua electus, ad aliam teram redire non poterit.

IN EXTRAVAGANTIBUS COMMUNIBUS Lib. I. sub eodem Titulo, & ibi Tit. II.

Cap. unic. *Dispensata.* (32) Minores xxiiii. annis sæculares,

(18) Item Major, & Dungen. & Rosella.
 (19) Greg. IX.
 (20) Bonif. VIII.
 (21) Item.
 (22) Item. XXII. Avinion.
 (23) Innot. III. Decano, & Cap. Straceni.
 (24) Item Hysten. Episc. Apud. sed. Leg.
 (25) Item Cleric. Raven. Eccl.
 (26) Item Gregorius, & Capiti. Straceni.
 (27) Item Cap. Straceni.
 (28) Honor. III. Capit. Galarii.
 (29) Bonif. VIII. & Item. XXII. Avinion.
 (30) Item. VIII. & Item. XXII. Avinion.
 (31) Item. VIII. & Item. XXII. Avinion.
 (32) Item. VIII. & Item. XXII. Avinion.

Iares, & Mendicantes Religiosi ad certas Ecclesias prohibentur postulari, & puniuntur tam postulantes, quam postulati.

Per ly-ad certas Ecclesias-quoad Saculari intellige ad Cathedralis quoad Regulares mendicantes intellige ad Ecclesias inferiores Cathedralibus, & ad regimen Monasteriorum extra proprium Ordinem, ut in sexto.

DE ELECTIONE, ET ELECTI POTESTATE.

TITULUS VI. continens LX. Capitula.

Cap. I. Nullus. (1) Ecclesie collegiatae non debet videri de Prelato per collationem, seu provisionem, sed per electionem canonicam faciendam per ipsum Collegium.

Hodie attendenda est regula 2. & 3. Cancellaria de Reservationibus, ubi non sunt concordata a Sede Apostolica admittuntur.

Cap. II. Offici. (2) Electus ad clamorem populi, non debet per Superiorem confirmari.

Est enim nulla electio, cum ab eo laici repellendi sint Can. 16. si ergo. 8. q. 1.

Cap. III. Postquam. (3) Electio canonica confirmanda est, debet tamen Superior ante confirmationem inquirere de conversatione, & vita electi, ubi fuit conversatus.

Cap. IV. Significasti. (4) Electio in Archiepiscopum Sedes Apostolica Pallium non tradit, nisi prius praeter fidelitatis, & obedientiae iuramentum.

Cap. V. Quia. (5) Si Schismaticus ad unionem Ecclesiae reversus eligitur in Episcopum, electio non tenet, sed ex dispensatione potest confirmari.

Cap. VI. Licet. (6) Electus in Romanum Pontificem a duobus partibus Cardinalium, nulla exceptione obstanti, est Papa. Electus autem a minori numero, gerens se pro Papa, incidit una cum sibi adherentibus in poenas contentas in hoc cap.

Circa sermone eligendi Papam attendenda sunt Constitutiones Gregorii XV. Aeterni Patris, 17. Kalen. Decembris 1621. in cuius calce specialiter, & expressi derogat huiusmodi, ad Constit. Urbani VIII. Ad Romani, 5. Kalen. Febr. 1625. quae distam Gregorii Constitutionem Aeterni Patris confirmat, & novissima Constit. Clemens. XII. Apostolatus Officium.

Vide etiam decretales Greg. X. Cap. Vbi periculum. 3. hoc eod. tit. in 6. & Clemens. 7. Cap. No Romani 2. hoc eod. tit. in Clementinis; & Constitutiones Clemens. VII. Licet. Clemens. VII. Cum charitativum. Pauli IV. Cum secundum. Pii IV. In eligendis.

Cap. VII. Cum in cunctis. (7) Electio ad Episcopatum fieri debet de digno scientia, moribus, & aetate, & quod habeat trigessimum annum completum, & sit de legitimo matrimonio natus.

Concordat Trident. sess. 7. c. 1. sess. 22. cap. 2. sess. 24. c. 1. de reform. & vide correctionem Elencho II. n. XVII. & innovationem Elencho IV. n. II.

Beneficia electi in Episcopum vacant per confirmationem, adeptionem possessionis, & consecrationem sequentem: vel postquam praesum tempus ad petendam consecrationem lapsum fuerit.

In dignitatibus, & officiis circa Episcopatum, ac curatis beneficiis debet attendendum vigesimum quintum annum attigisse, & alias esse idoneus scientia, & moribus, & si non est in Ordine requisito, debet se facere promoveri in proximis temporibus, alias monitus non patens, privatur beneficio, non obstante appellatione, nisi ex causa legitima excusetur.

Vide correctionem Elencho I. n. III. Eligentes indignum contra formam huius capituli privati sunt pro prima vice potestate eligendi, & idem in collatore; & defectum Capituli supplet Episcopum, & e converso: Et si Capitulum negligit, sit devolutio ad Metropolitanum.

Cap. VIII. Casum. (8) Compromittentes super electione tenentur recipere electum a compromissario, si est idoneus.

Cap. IX. Nisi. (9) Electus ante confirmationem beneficia conferre, vel aliter administrare non potest.

Vide correctionem Elencho I. n. IV. & Cap. Junilla 1. in Extravag. com. hoc eod. tit. infra.

Cap. X. Consideravimus. (10) Electio facta post appellationem, & prima non cassata, & contra privilegia Ecclesiae, cassanda est.

Cap. XI. Suffraganeus. (11) Metropolitanus confirmatus, licet nondum receperit Pallium, potest suum Suffraganeum consecrari facere.

Cap. XII. Super eo. (12) Is, cuius electio fuit cassata non vitio personae, sed electionis modo, iterum eligi potest: secus si vitio personae.

Cap. XIII. Cum monasterium. (13) Non profectus potest postulari in Abbatem, si ex aliqua bona cassata fiat talis postulatio.

Cap. XIV. Cum terra. (14) Electio debet esse in libertate eligentium, nec valet contraria consuetudo.

Cap. XV. Transmissum. (15) Per confirmationem electionis non transferitur potestas exercendi ea, quae sunt Ordinibus: illa enim transferuntur per consecrationem.

Vide notam in Cap. Nihil 9. hoc eod. tit. supra.

Cap. XVI. Cum inter. (16) Qui electione de se facte renuntiat, appellare nequit ad impediendam electionem alterius: & electio, quae est a suspensis celebrata, non tenet.

Cap. XVII. Qualiter. (17) Si Electus non habet sufficientem scientiam, vel ante confirmationem administrat, eius electio cassari debet.

Vide notam in c. Nihil 9. supra, & correctionem Elencho I. n. V.

Cap. XVIII. Cum inter. (18) Si vocantur ad electionem non vocandi, valet electio facta, eis non expectatis.

Cap. XIX. Cum nobis. (19) Non debet inspicere, an post appellationem, sed an contra electio fuerit celebrata, & penes vocantes, quibus competeret vocandi potestas, remanet jus eligendi, si vocati venire contempserint, & ad officium confirmatoris spectat examinare Electum, & iam nemine opponente, & nisi Electus doceatur legitime aetatis, & literaturae, habetur pro non legitime electo.

Cap. XX. Innocent. (20) Illegitimus potest postulari, non autem eligi, & Electores, nisi probaverint illum ignoranter elegerunt, incidunt in poenas Lateran. Conc. sub Alex. III. cap. Cum in cunctis 6.

Cap. XXI. Cum inter. (21) Non possunt Electores in praedictum Electi compromittere: sed si consenserint electioni suae, vel consentire vult, non obstante laudo in contrarium lato, est confirmandus, si aliud canonice sibi non obstat, licet non sit de gremio illius Ecclesiae, quantumque ob causam a majori parte fuerit appellatum.

Cap. XXII. Dudum. (22) Electus a majori, & a maiori parte Capituli si est, & erat idoneus tempore electionis, confirmabitur; si autem erat indignus in Ordinibus, scientia, vel aetate, & fuit scienter electus, interligi non confirmabitur: electus a minori parte, si est dignus, confirmabitur.

Cap. XXIII. Bonus memoria. (23) Recipientes Postulatum ad Ecclesiam tanquam institutum, vel administrationem ante admissionem postulationis a Superiore factam, privati sunt potestate eligendi, & ad alios, licet pauciores devolvitur potestas eligendi: tunc omnes privati sunt, devolvitur ad Papam in Ecclesiis cathedralibus.

Cap. XXIV. Querelam. (24) Sufficiens electo ad obtinendum docere eligentem fuisse in quasi possessione (supple eligendi) tempore electionis, licet non probet, quod proprietatis juris eligendi ad illum pertinet.

De iure patron. vide Additiones meas lib. III. tit. 38. post num. 31.

Cap. XXV. Cum Vintoniensis. (25) Eligentes scienter indignum, privati sunt potestate eligendi, in electione, quae primo occurrit facienda.

Cap. XXVI. Per inquisitionem. (26) Eligens scienter indignum in Episcopum est hoc suspensus a beneficiis Ecclesiae per triennium, nec potest interim ad dignitatem illius eligi, vel assumi.

Cap. XXVII. Cum causam. (27) Si non profectus eligatur ad regimen Ecclesiae regularis, cassatur electio, consuetudine in contrarium non obstante.

Cap. XXVIII. Quod fieri. (28) Nominatio, vel appellatio eius, cuius non interest, electionem non impedit, sed si vobandus contempserit, eo prosequente contempserit, cassatur electio etiam confirmata; & potest prosequi, nisi consenserit electioni, quod potest etiam ex post facto.

Epi.

(12) Item alii Clem. (13) Celsus III. Canonum Episc. (14) Item. (15) Item Helion. Episc. (16) Item. (17) Item. (18) Item. (19) Item. (20) Item. (21) Item. (22) Item. (23) Item. (24) Item. (25) Item. (26) Item. (27) Item. (28) Item.

(1) Luc. I. (2) Ec. Conr. Saraceni. (3) Greg. I. (4) Paschalis I. in forte II. Panormi. Archiep. (5) Item. III. T. Fructu. Card. Apst. Sed. Leg. (6) Item. in Conr. Lateran. (7) Item. III. (8) Item. Canon. Archiep. (9) Item. Poligon. all. Exonia. Episc. (10) Item. (11) Item. III.

Episcopus, dum celebratur Missa consecrationis suae, vel Archiepiscopus ante receptum Pallium, Ordines conferre non debet.

Hic Glossa verb. dividitur adverte Sacros Ordines non posse conferri extra Missam solemnem; & quidem peragenda ab ipso Ordinatore per se, & non per alium iuxta Pontificale Romanum a Clement. & Urbano VIII. approbatam. Et licet ordinatio esset valida, si fecus fieret; non evaderetur tamen excothetio Bonifacii VIII. lib. 8. de videtur miserum, in fine capituli Bonifacii VIII. lib. 8. de Synod. Dicit. c. 11. a. n. 5. ad 7. edit. an. 1755.

Cap. XXIX. Auditis. (1) Electio per minorem partem Capituli facta non tenet, nec per subsequentem consensum ratificari potest.

Cap. XXX. In casibus. (2) Potestas data Compromissariis ad eligendum Praelatum, re non integra, revocari non potest; & definit esse integra, postquam Compromissarii ceperunt habere tractatum.

Cap. XXXI. Cum electio. (3) De consuetudine potest Canonice electio ad solum Capitulum pertinere.

Cap. XXXII. Cum dilectus. (4) Compromittentes tenentur recipere Electum a Compromissariis, si sit dignus, nisi contra formam compromissi eum appareat eligi.

Cap. XXXIII. Cum in iure. (5) Si ex septem Compromissariis tres eligunt quartum, & ille consensit, & est idoneus, confirmabitur electio.

Cap. XXXIV. Venerabilem. (6) Electio Imperatoris spectat ad Principes Germanos, tres Praelatos, & quatuor Laicos; & electio facta per eorum maiorem partem, ceteris non contemptis tenet, & ad Papam pertinet Electum examinare, approbare, & indungere, consecrare, & coronare, si est dignus, vel rejicere, si est indignus, ut quia sacrilegus, excommunicatus, tyrannus, fatus, & hereticus, paganus, perjurus, vel Ecclesiae persecutor; & Electoribus nolentibus eligere, Papa supplet. Et data paritate vocum eligentium, nec accedente maiori concordia, Papa potest gratificari cui vult.

Quos habet sine Electores vide in Praefatio Juris Can. pag. 178. n. 20.

Cap. XXXV. Coram. (7) Absente ad electionem de Provincia sunt vocandi, & confirmatur electio majoris, & sanioris partis.

Cap. XXXVI. Bonus memoria. (8) Cassatur electio partis majoris facta, contempta minori parte, etiam est unus solus; non tamen jus eligendi devolvitur ad minorem.

Cap. XXXVII. Cum ad nostram. (9) Non Monachus in Praelatum regularem eligi non potest.

Concordat Trident. sess. 6. c. 20. sess. 21. c. 8. sess. 24. c. 17. sess. 25. c. 20. de Regul. & praecipue sess. 14. cap. 10. quando Praelatura regularis conferenda est in regulam. Quando vero monasterium commendatur, attendenda est dispositio Conc. Lateran. sub Leone X. sess. 19.

Cap. XXXVIII. Offici. (10) In Abbatem eligi non potest, nisi instructus in regula monachali.

Cap. XXXIX. Illa. (11) Electio alias canonice confirmatur, licet quidam eligentium essent minori excommunicatione ligati.

Si agatur de electione Papae, non viciatur, licet aliqui eligentium essent majore excommunicatione ligati cap. Ne Romani 11. in Clement. hoc eod. tit. ad evitandum schisma, aliaque Ecclesia incommoda.

Cap. XL. Scripsimus. (12) Si postulatio cum electione concurrat, & numerus postulantium est duplo major, & postulatus est idoneus postulatio admittitur, rejecta electione. Si vero indignus, & hoc major pars postulantium ignoraverit, postulatio, & electio reprobandur. Si vero sciebant, & Electus est idoneus, confirmatur electio; & idem si numerus postulantium non est duplo major.

Cap. XLI. No pro desilla. (13) Si illi, ad quos spectat electio, negligit eligere Praelatum cathedralis, vel regularis Ecclesiae infra tres menses, proximus superior Ecclesiam ordinabit: quod si infra tres menses non fecerit, canonice punietur.

Cap. XLII. Quia propter. (14) Per aliquam de tribus formis, scilicet feruntur, compromissi, & inspirationis, procedi debet ad electionem in Ecclesiis cathedralibus; aliter electio celebrata non valet, & contrahentes privati sunt ea vice potestate eligendi.

(1) Item. (2) Item. (3) Item. (4) Item. (5) Item. (6) Item. (7) Item. (8) Item. (9) Item. (10) Item. (11) Item. (12) Item. (13) Item. (14) Item.

Etiam Abbas populus Cisterciensis, Generalis Cluniensis, & alii Abbates, propriis eligendi sunt secundum formam huius Decretalis, cui Triad. non derogavit, sed vide correctionem quoad alios Regulares Elencho II. n. XV.

Interdicit procuratorum in electionis negotio constituti, nisi constituti sit absens a loco, de quo debet vocari, & legitime impediri accedere nequeat, praestito etiam iuramento, si opus fuerit de impedimento; nec constituere potest procuratorem eum, qui non est de Collegio eligentium.

Præcipit electiones solemniter publicari, & clandestinas reprobandi.

Cap. XLIII. Quisquis. (15) Consentiens electioni de se facta per abulium Potestatis secularis, eheitur ineligibilis ad dignitatem, & electio est nulla. Eligentes autem a beneficiis per mentium suspenduntur, & tunc sunt privati potestate eligendi.

Cap. XLIV. Nihil est. (16) Si Praelatus per negligentiam confirmavit indignum electum ad regimen animarum, perdit potestatem confirmandi primum successorem, & a perceptione proprii beneficii suspenditur; & promoveatur deponitur: si vero per malitiam hoc fecit gravius puniatur. Electi vero immediate subiecti Papae per se, aut per personas instructas debent adire Papam, & petere confirmationem. Etsi fuit electi in concordia, & valde renouo, videlicet ultra Italiam constituti iterum admittuntur, ita tamen, quod nil alienent, benedicuntur autem, & consecrantur, prout consueverunt.

Vide omnino Cap. Insuper 1. in Extravag. com. infra. & ubi notata.

Cap. XLV. Ut praeterita. (17) Expense necessariae, quas facit Capitulum pro electione Praelati, de bonis praelaturae debent fieri, vel reddi.

Cap. XLVI. Cum post. (18) Electio post collationem ex intervallo celebrata, non valet.

Cap. XLVII. Constitutus. (19) Monachus unius monasterii alterius factus Abbas in electione huiusmodi ab Abbate monasterii vocem non habet, etiam si tale jus ab Abbate monasterii prioris monasterii sibi fuit reservatum.

Cap. XLVIII. Et ideo. (20) Electio debet reddi in scripturam & publicari, & de illo, in quem consenserit major pars Capituli, & non respectu aliarum partium.

Cap. XLIX. Cum in magistrum. (21) Non profectus in Abbatem eligi non potest.

Cap. L. Cumana. (22) Electio facta a non majori parte Capituli, & omnia collatione non valet.

Cap. LI. Sacrosancta. (23) Per compositionem factam cum Praelato, & Capitulo non potest jus eligendi competere Laico etiam Patrono in Ecclesia collegiata.

Cap. LII. Cum in veteri. (24) Si per Papam mandat habentibus eligere, quod eligant cum consilio aliquorum, alioquin Consilium provident; eligentes debent consilium requirere in tractatu electionis, & congruo tempore expectare responsum, alias electio non tenet.

Cap. LIII. Congregato. (25) Si major pars Capituli scienter eligat indignum; valet electio de digno a minori parte etiam ex eodem scrutinio facta.

Cap. LIV. Dudum. (26) Habens plures dignitates, vel plura beneficia curata sine dispensatione Papae, ineligibilis est.

Vide correctionem Elencho II. n. XVI. Cap. LV. In Genesi. (27) Irrita est electio, quam collatio non praecedit: vel quae facta non est a majori parte Capituli; vel quae non fuit communis.

Cap. LVI. Massana. (28) Non valet electio Pontificis per Laicos, & Canonicos facta, etiam hoc habeat consuetudo.

Cap. LVII. Ecclesia. (29) Non sufficit ad confirmationem electionis, quod sit facta a majori parte Capituli, nisi etiam illa pars sit sanior.

Vide c. Quia propter 22. & c. Cumana 50. hoc eod. tit. circa maiorem, & saniorum partem.

Cap. LVIII. Publicato. (30) Publicato scrutinio, non possunt Electores variare, sed compelli debent ad collationem, & electionem.

Cap. LIX. Si alienus. (31) Cassata electione propter simoniam etiam sine culpa Electi, non dispicit Episcopus ea vice cum cassato: secus si Electus libere resignavit.

Cap.

(1) Item. (2) Item. (3) Item. (4) Item. (5) Item. (6) Item. (7) Item. (8) Item. (9) Item. (10) Item. (11) Item. (12) Item. (13) Item. (14) Item. (15) Item. (16) Item. (17) Item. (18) Item. (19) Item. (20) Item. (21) Item. (22) Item. (23) Item. (24) Item. (25) Item. (26) Item. (27) Item. (28) Item. (29) Item. (30) Item. (31) Item.

Non obstante contradictione, vel appellatione quacumque, electa a duobus partibus numeris, cum per institutionem proceditur, examinatione praemissa per officium Praesidentis confirmatur, & benedicitur. Item publicato serutinio, antequam ad actus extraneos se divertant, Eligentes possunt accedere ad illam, quae majorem partem conventus numero habet; & si per accessum ad duas partes pervenerint, sicut in primo casu, confirmabitur, & benedictur; non tamen admitteretur contradicentibus potestas denunciandi, vel accusandi, cum Abbatissa fuerit benedicta, & possessionem adeptam. Item de objectis contra electionem a maiori parte conventus, quae tamen duas partes nec a maiori parte conventus, nec per accessum habet, ante confirmationem sine strepitu, & figura iudicii inquiratur. Ipsa tamen (alienatione bonorum, & Monasterii receptione sibi interdictis) interim ministrabit. Item a minori parte electa nullum jus acquiritur, nec alia possunt accedere ad eam: nec sibi fit collatio, nisi numeris ad numerum.

Electa per compromissum beneficio impenditur, non obstante minoris partis contradictione, sed si major se ei opponat, libere administrabit, nec confirmabitur. Si autem ei se opponat pars in duplo major, non administrabit, nec confirmabitur; sed expectabitur litis eventum.

Si ab opponentibus in casibus praemissis appellatur, Constitutio eius servabitur, sed moniales ad Sedem Apostolicam personaliter non venient; sed procuratores secundum Constitutionem Capitulares mittent. Ponentes, vel nutriendes discordiam in electione monialium, ipso iure sunt excommunicati.

Hae Constitutiones locum habet in Monialibus regulariter viventibus, etiam Canonice regularibus; hoc excepto, quod non debeant, nisi professa eligere, vel eligi; quod non potest sibi vindicare locum in Canonice secularibus. Per hoc tamen Papa non approbat statum dictarum Canoniarum secularium.

Habet etiam locum, si unius virgini more Canoniarum secularium, licet nec propriam renunciant, nec professionem factam regularem in se tenent. Si tamen vivunt in casa, seu collegio composito ex Canonice, & Canonice simul, ut in Germania, pro nullitate electionis Abbatissae iussit 22. 23. annorum ad formam Cap. Cum in cunctis 7. 8. Inferiora hoc eod. tit. ut declaravit Romanorum Alarobando Monasterium. Abbatissae 9. Jun. 1727. & 4. Feb. 1732. Nec obstat Con. Trid. sess. 25. cap. 7. de Regul. cum solum loquatur de Abbatissa regularibus.

Circa electionem Abbatissarum vide Additiones meas lib. 1. tit. 6. fol. n. 30.

Jura de virorum electionibus tractantur per hoc Cap. non sunt mutata.

Cap. XLIV. Provisio. (1) Si Ordinarius post recessum appellationis interdictae ad Curiam in causis electionum Episcoporum non inquisito, an prava intervenit, procedit, confirmat, vel consecrat, praedicta non tenent, & ipse ab Episcoporum confirmatione, & consecratione suspensus est per annum.

Cap. XLV. Si eo. (2) Si Papa sibi provisionem Ecclesiae cathedralis reservat, & decrevit; non est vitata electio, quae praecessit; omnia tamen, quae reservationem sequuntur, carent effectu.

Cap. XLVI. Si quis. (3) Absens plures procuratores ad actum electionis dare potest in solidum, & non aliter, quod si omnes simul convenient, non sunt admittendi, cum si dumtaxat eo casu admittendus sit, quem Capitulum, vel pars major elegerit, vel is, qui primus fuit nominatus in mandato procuratoris, si Canonice discrepent circa admittendum.

Procurator ad eligendum constituitur, unum nomine suo, & unum nomine domini sui eligere non potest, nisi a domino de certa persona speciale mandatum habeat. Canonice absens (licet nullus de Capitulo ejus procurator esse velit, & ipse procuratorem, qui non sit de Capitulo, nolente Capitulo, deputare non possit) votum per litteras exprimere non potest: cum cujuslibet votum fit secretum, & singillatim in serutinio exprimendum.

Cap. XLVII. Quoniam. (4) Si appareat Coelectus, vel se opponens ei, qui confirmationem petit, ille vocabitur nominatum; alius fiet in Ecclesia erida generalis, quod se confirmationi volentes opponere, veniant peremptorio assignato, aliter confirmatio facta non tenet.

IN CLEMENTINIS Lib. I. sub eodem Titulo & ibi tit. III. continetur VIII. Capitula.

Cap. I. Cum rariori. (5) Religiosus eligi non potest ad

(1) Bonif. VIII. (2) Item. (3) Item. (4) Item. (5) Clem. 7. in Conc. Pisan. in Gallico an. 1312.

Pralatum non episcopalem alterius Religionis, vel habitus: si contra fiat, est irritum.

Cap. II. Ne Romani. (6) Ceteris Cardinalium, Sede vacante, jurisdictionem Papalem non exercent, nisi in quantum permittit Concilium Lugdunense cap. Ubi periculum 3. supra hoc eod. tit. & lib. nec illud, vel ejus partem alterare potest.

Vide notata in Cap. licet 6. supra in Greg. Officium Camerarii, vel Penitentiarum Papae durat eo mortuo, qui si deficiat, poterit ceteris Cardinalium pro tempore vacationis alios subrogare.

Determinat Dilectum intelligi id, quod in Concilio dicitur de territorio, & districtu: statim moriente Papa extra Curiam, ipsius electionem fieri debet in loco, ubi erat cauturum, & litterarum audientia, licet suspensa, nisi prius ordinatum esset de Curia transferenda.

Providet casui, quo contingeret Cardinales omnes exire conclave.

Statuit, Cardinales per exceptionem excommunicationis, suspensionis, vel interdicti ab electione non repelli.

Electos, & alios, qui mittent, vel ire tenentur ad Curiam, adtingit ad id, Sede vacante.

Cap. III. Canoniam. (7) Primo ponit formam, secundum quam appellans appellationem incipit appellare, utper ipsam causa beneficiis ad Curiam devolvatur, secundo providet cum appellatus, vel ipsius specialis procurator nequit haberi. Tertio providet, cum per mendum appellati, vel suorum intentioni fieri non potest. Quarto vitat intimationem alteri factam, Quinto prorogat hunc modum intimandi ad alios casus.

Vide notata in Cap. Innocentius I. hic eod. tit. in 6. Cap. IV. Constitutionem. (8) Decretalis VII. circa locum non habet, cum appellans jus suum, vel Ecclesia directe prosequitur. Sed cum in formam, vel personas opponit crimina, vel defectus, quorum circumstantias si non specificat, super illis non auditur; etiamsi iuret illas didicisse de novo. Nec etiam in eadem causa super illis auditur alius non appellans, & prosequens commune, non proprium interesse; potest tamen assistere appellanti. Appellans, qui non tenet formam, etiamsi appellationi renunciet, per viam querele non prosequitur objecta, nec etiam alia, nisi in casibus exceptis, Omissio formae, licet appellatorem ad probationem repellat, non tamen infirmat probationem super legitime factam adversarii confessione, vel aliter.

Cap. V. In plerisque. (9) Sine speciali licentia Papae nullus providere potest Ecclesiae cathedrali Clero catenati, & populo christiano. Religiosus per Praelatum licentiam non debet, ut illi provisionem contentiar; contentiens, etiam si fuerit consecratus, priori Praebito subiacet; nec in Episcopum consecratur, nec ad aliquem honorem promovetur: quae contra fiunt, irrita decernit.

Concordat Trid. sess. 14. cap. 20. de reform. Ut ex Decreto Constitutioli S. Sixti V. relati a Egnano. Cap. Episcopalia I. de Privilegiis n. 48. Episcopi Titulares non sunt creandi, neque in Suffraganeos, nisi in Ecclesiis Cardinalium cum peremptorio serutinio illarum Ecclesiarum. Licet paulatim hoc ampliatum fuerit etiam ad alios Episcopos, & dos antea ad auctores veterum similibus monita ex altero Decreto Conc. venum Constitutorium.

Cap. VI. Quod circa. (10) Capitulum Quosdam 24. hic eod. tit. in 6., quoad discordiam, & minoritatem numeri, intelligitur quoad voces facti, & non secundum juris fictionem.

Cap. VII. Statutum. (11) Enolumentum ex jurisdictione, sigillo Curiae, vel alias pertinens ad Praelatum cathedralis Ecclesiae, vel collegiatae, ea vacante, non obstante consuetudine, deductis expensis, reservandum est successoribus, nisi tunc certe dignitati competat jurisdictione etiam ipsius emolumento.

Per hanc Decretalem declaratur cap. Quis super 40. supra hoc eod. tit. in 6.

Cap. VIII. Cum concessa. (12) Concessio licentiae generalis Religioso de contentiando electioni factae, vel faciendae non valet.

IN EXTRAVAGANTIBUS.

JOANNIS XXII Lib. I. sub eodem Titulo, & ibi tit. I. continetur II. Capitula.

Cap. I. Ad unum. (13) Electi, qui pro suorum electionum negotio ad Curiam venire tenentur; etiam Sede vacante, non tenentur de necessitate in ipsa Curia morari.

(6) Item ibid. (7) Item. (8) Item. (9) Item. (10) Item. (11) Item. (12) Item. (13) Joan. XXII.

ram trahere: & licet alibi morentur, nullum eis praesudicium generatur.

Cap. II. Suscepti. (1) Declarat beneficio vacante, cujus fructus ad certum tempus debentur alieni annalia habenti, vel alii, qualiter debeant fructus ipsi dividi inter ipsum annalia habentem, & beneficiarium, & divisione facta, cujus sit electio.

Vide correctionem in Elencho II. n. XVIII. Circa fructus, & annatas, de quibus hic, attendenda est Constit. S. Pii V. Durum nimis. Circa annatas vero favore Camera Apostolica vide Constit. Pii II. Incumbentia, Julii II. Romani, Julii III. Cupientes, & Pauli IV. Decens. Beneficia autem non accidentia valore viginti quatuor ducatorum ex Constit. Clementis VII. Cum sicut, non tenentur ad annatas solvendum. Vide Elencho VI. n. LXXIII.

IN EXTRAVAGANTIBUS COMMUNIBUS Lib. I. sub eodem Titulo, & ibi tit. III. continetur IV. Capitula.

Cap. I. Injuncta. (2) Multis probat argumentis promotos in Curia non debere ad propria redire sine litteris suae promotionis: qui si fecerint pro Praelatis non sunt habendi; poenitiae incurrit hic expressis, Et de ista Extravaganti facit mentionem Panormit. in cap. Qualiter de Elect. dicens, quod nullus antequam habeat litteras Apostolicas super sua promotione debet administrare, nec debet recipi ab Ecclesia tanquam Praelatus alias recipientes, & receptus incurrant poenam, de qua hic.

Poenae hic expressae contra Promotos, est irritatio aliorum ab ipsi, & privatio promotionum suarum Ecclesiarum, & monasteriorum. Contra recipientes suspensio a beneficiis ad beneficiis Sedi Apostolicae avarum.

Constitut. Alexander VI. & Julii II. Romani Pontificis tenentur circa annos a die promotionis litteras expedire, & recipere; & interim si se ingerant in regimine tam spirituali, quam temporali, ipse facto incurunt privationem Ecclesiarum, & monasteriorum, omnique juris quaeque eis eorum promotione, seu promotione.

In S. Simuliter loquitur Extravag. Statutum poenae in eodem Promotis si non emittant provisiones, & obedientiam juramentum, de quo vide in Anst. lib. 1. tit. I. Uterius haec Decretalis innovata fuit a Julio II. & III. a Paulo III. & Sixto IV. suis Constit. relatis a Quarantia verb. Benefic. possit. & ex regula 26. Concilii vni. gratia sit informis ante litterarum expeditionem, statuitur non esse judicandum iuxta formam supplicationum, sed litterarum expeditionum.

Cap. II. Si Religiosus. (3) Si Religiosus electus non petierit litteras, vel ejus Electores licentiam consentiendi intra tempus moderatum pro praesentia, vel absentia Superioris, est eo ipso privatus iure sibi electione quod, & possunt Electores alium eligere. Hic addit ad Cap. Quam sit de Elect. in 6.

Cap. III. Sancti Romanae. (4) Quatuor Patriarchalis Ecclesiae vacantibus statuitur illis non posse provideri, Romano Pontifice inconsulto: quod si secus factum fuerit, irritum decernitur.

Cap. IV. Ex debito. (5) Cum beneficio apud Sedem Apostolicam vacante sine soli Papa reservata, offendit quae, & quorum apud Sedem vacare dicantur eandem.

DE TRANSLATIONE EPISCOPI.

TITULUS VII. continetur IV. Capitula.

Cap. I. Cum ex illo. (6) Patriarcha, qui confirmatum Archiepiscopum transferat ad Sedem episcopalem, ab Episcoporum confirmatione suspenditur.

Cap. II. Inter. (7) Electos in Episcopos, & confirmatos transferre potest solus Papa.

Cap. III. Quomodo. (8) Episcopos, qui propria auctoritate de sua Ecclesia se transferunt ad aliam, carebit utraque.

Cap. IV. Litterae. (9) Solus Papa transferre Episcopos, & indulgentia per cum super tali translatione concessa, ad litteram servanda est.

DE AUCTORITATE, ET USU PALLII.

TITULUS VIII. continetur VII. Capitula.

Cap. I. Cum super. (10) Intra quamlibet Ecclesiam Provinciam suam Archiepiscopus Pallio uti potest, sed extra non potest.

Nec obstat Cap. Ex suarum 5. hoc eod. tit. in quo Archiepiscopo Compositellano conceditur facultas utendi Pallio etiam extra suam Provinciam, cum id speciale tantum gratia indultum fuerit.

(1) Item. (2) Bonif. VIII. (3) Item. (4) Item. (5) Item. (6) Item. (7) Item. (8) Item. (9) Item. (10) Item.

Archiepiscopo Compositellano conceditur facultas utendi Pallio etiam extra suam Provinciam, cum id speciale tantum gratia indultum fuerit.

Cap. II. Ad hoc. (11) Archiepiscopus alteri Archiepiscopo Pallium suum commodare non potest.

Cap. III. Nisi. (12) Per Pallium conferunt plenitudo pontificalis officii, & nomen archiepiscopale.

Nec obstat Cap. Suffraganei 11. de Elect. ubi traditur Archiepiscopo ante Pallii receptionem facultas committendi alii Episcopis consecrationem sui Episcopi suffraganei, nam ibi committit tantum jurisdictionem, non potestatem Ordinis, quae ipsi prohibetur ante receptionem Pallii, ut hic.

Cap. IV. Ad honorem. (13) Romanus Pontifex semper, & ubique utitur Pallio; alii in Ecclesiis suis, & certis diebus tantum.

Cap. V. Ex suarum. (14) Archiepiscopus extra suam Provinciam Pallio uti non potest, etiam si hoc habeat consuetudo.

Cap. VI. Cum sit. (15) In qualibet Ecclesia sua Provinciae permittis diebus, Archiepiscopus Missam celebrans uti potest Pallio.

Cap. VII. Quia nos. (16) Sine Pallio, & sandaliis potest Archiepiscopus celebrare.

Vide correctionem Elencho II. n. XLII. IN EXTRAVAGANTIBUS COMMUNIBUS Lib. I. sub eod. Titulo & ibi tit. IV.

Cap. unic. Mandatis. (17) Pallii traditio per obsequium criminis, vel defectus retardari non debet, nisi obiciens, praefecto iuramento de objectis promptam fidem faciat; hoc est si intra bimestre ante diem collationis legitime non probaverit quod opponit.

DE RENUNCIATIONE.

TITULUS IX. continetur XVI. Capitula.

Cap. I. Litteras. (18) Non datur licentia cedendi Episcopo, qui propter senectutem vult cedere, si necessarius, vel utilis sit Ecclesiae lux.

Cap. II. Cum inter. (19) Qui renunciat beneficio cum iuramento illud amplius non petendi, licite potest illud, si denovo eligatur, obtinere.

Cap. III. Ex transmissa. (20) Qui renunciat beneficio, illud repetere non potest.

Vide correctionem Elencho II. n. XX. Cap. IV. Amandat. (21) Beneficiarius sine licentia Praelati sui beneficio renunciare non potest.

Nec obstat Cap. Significatum 11. de Praebend. ex quo inferunt Praebendam ob conditionem adjectam de ea non renunciano canonam non posse renunciare auctoritate propria, adeoque praesentia conditione posse; ubi enim opposita fuit conditio, ut non possit renunciare sine assensu Capituli, & ideo huius consensus requiritur non de iure, ut respectu Episcopi iuxta praesentem Decretalem, sed ex pacto.

Nec obstat Acedens 8. de crimin. Fal. nec Cap. Ex ore 3. de his, qui sunt a major. par. nec Cap. Sollicita 2. de restit. spoliar. nec Cap. Cum venisset de consuet. nec Cap. Ex libentibus de servit. non ordin. nec Cap. Post electionem 7. de consec. praeb. nec tandem Cap. Si electio 26. de elect. in 6. in quibus statuitur canonice licere iuri suo renunciare; ubi enim agitur de renunciatione expressa, vel tacite a Superiore admissa, sed libere facta, ut unicuique licet, si a Superiore admittitur.

Vide Additiones meas lib. I. tit. 9. post n. 8. Cap. V. Superius. (22) Contra petentem beneficium admittitur spontanea abjuratio exceptio, etiam causa renunciationis non adiecta, contra quam actor replicare poterit, quod non sponte renunciarit; & qui melius probaverit, obtinet.

Cap. VI. In praesentia. (23) Qui sponte renunciat electioni de se factae, super ipsa ulterius audiri non debet.

Cap. VII. Sane. (24) Qui renunciat litteris beneficiarius, non ideo institutioni jam factae renunciare videtur.

Cap. VIII. Quod in ambig. (25) Renunciatio beneficii facta in manibus laici non tenet; renunciatus tamen est beneficio ipsolanus.

Cap. IX. Ad supplicationem. (26) Papa concedit licentiam cedendi Episcopo, qui sine mortis periculo in Ecclesia sua morari non potest.

(11) Celsi. III. (12) Iane. III. C. Frater. Card. Apostol. Sed. (13) Item. (14) Item Composit. Archiep. (15) Item. (16) Honor. III. Archiep. Lugdun. (17) Joan. XXII. Avenioni. (18) Alex. III. Longiniani Archiep. (19) Item Abbat. Dalmat. & Prior. de Araglia. (20) Item Episc. Kevulan. (21) Item Episc. Tornaco. (22) Clem. III. (23) Item, vel Celsi. III. (24) Celsi. III. (25) Innoc. III. Nivionen. Archiep. (26) Item Eboracen. Archiep. Cap. X.

Cap. X. Nisi. (1) Cause, ex quibus Episcopi possunt petere, & Papa concessit concedere cedendi licentiam, his verbis comprehenduntur. Debitis, ignavis, male confectis, irregularis. Quæ mala pleris edit, dans scandalum credere posse, etc.

Cap. XII. Quidam. (3) Qui petit cedendi licentiam, ex quo illam obtinuit, cedere compellitur.

Cap. XIII. Peniens. (4) Non renunciat juri suo, qui gratia adversarii se submittit.

Cap. XIV. Lella. (5) Si Prælati ab obedientia subditos absolvit, non propter hoc Prælatum renunciat.

Cap. XV. Dilecti. (6) Abbas exemptus sine licentia Papæ renunciare non potest.

IN SEXTO Lib. I. sub eodem Titulo, & ibi tit. VII. continentur II. Capitula.

Cap. I. Quoniam. (7) Romanus Pontifex potest libere Papam renunciare.

Cap. II. Si te. (8) Si in fraudem expectantis priam vacaturam, cum in proximo crederetur pinguis vacare, renunciet aliquis tenem, quam habebat, non tenetur expectans illam recipere; imo illa dimissa expectabit aliam sine fraude vacantem. Et si illi renunciati illa pinguis postea conferatur, hoc ipso probata sit fraus, & carebit utraque.

IN CLEMENTINIS Lib. I. sub eodem Titulo, & ibi tit. IV. Cap. unic. Cum illuso. (9) Renunciatio dignitatis, vel beneficii facta per procuratorem ad hoc constitutum, tenet; licet prius procurator fuerit revocatus, ipso tamen, & Superiore, qui se habet cessio, ignorante; nisi per malitiam ipsorum, vel aliorum revocatio ipsi fuerit occultata.

DE SUPPLENDA NEGLIGENTIA PRÆLATORUM.

TITULUS X. continens V. Capitula.

Cap. I. Stravimus. (10) Si Diocæsanus requisitus benedicere nolit Cisterciensem Abbatem, ipse monachos suos benedicere poterit.

In Constit. Bened. XIII. Commissi 6. Maji 1725. Omnes Abbates regulares, etiam perpetui licet ratione selsu administrationis, & tenent infra annum a die eorum electionis computantur suscipere, vel saltem per petere solennem benedictionem ab Episcopi, in quorum Diocesi sua sunt curiati monasteria, sub pena suspensionis ab officio per annum ipso facto. Semel autem benedicti non tenent iterum benedicti, vel petere benedictionem, licet ad gubernium alterius monasterii translati fuerint. Interdicitur Episcopi sub pena interdicii per annum ab usu pontificalium, et omnium officialibus tam ante, quam post benedictionem recipere cujuscumque minoris, etiam comensibilium; ac insuper solemnem pompam, qua sumptus quantitas medicæ, etiam prandii secum ferat.

In hac tamen Constit. non comprehenduntur Abbates habentes privilegium ex speciali concessione, non autem per viam communicationis; ut sine hac benedictione exercere possint alium abbatiales, vel illam recipere a suis Superioribus regularibus.

Cap. II. Sicur. (11) Regulares in suos usus convertere non possunt Ecclesiam, in quibus usus obtinent patronatus; & si infra tempus Lateranensis Concilii in cap. Nulla 2. de concess. præbend. quando vacante non presentent Rectores ad eas, Superior ordinabit easdem.

Cap. III. Litter. (12) Supplet Superior inferioris negligentiam in beneficiis conferendis, si tempus Lateranensis Concilii lapsus sit; & collatio per inferiorum postea facta non valet, ut in cap. Nulla 2. de concess. præbend.

Cap. IV. Litteras. (13) Si is, ad quem spectat beneficii collatio, lapsus tempore Lateran. Conc. conferat, non valet collatio, nisi de misericordia toleretur.

Cap. V. Dilectio. (14) Is, ad quem primo loco specta-

(1) Item Episc. Calaritan. (2) Item Episc. Favent. in Archiep. Raven. electio. (3) Item in Conc. gen. Lateran. (4) Honor. III. Major. Eccles. Decan. & Magist. T. Cantuarii, assil Canonici & Divini. London. (5) Item Archiep. Trevirien. (6) Item Agatien. & Nica. Episc. (7) Bonif. VIII. (8) Item. (9) Clem. V. in Conc. Pisan. an. 1317. in Gall. (10) Alex. III. Cisterciensis. (11) Innoc. III. (12) Item Pagan. & Clivien. Episc. & Archiep. Nivern. (13) Item Magist. T. de Caster. nov. & R. Monach. Fontis sigill. Apostol. Sed. Legat. (14) Item Episc. Zamoran. & Ab. D. morada Dioc. Zamoran.

bat collatio beneficii, lapsus tempore Lateran. Conc. conferre non poterit.

IN SEXTO Lib. I. sub eodem Titulo, & ibi tit. VIII. continentur IV. Capitula.

Cap. I. Romana. (15) Jurisdicção Suffraganei excommunicati ad Metropolitanam non devolvitur.

Cap. II. Grandi. (16) Si ille, qui præf. est negligens, & remissus, debet Superior illi dare idoneum coadjutorem.

Cap. III. Si Episcopus. (17) Episcopo a Paganis, vel a Schismaticis capto, non Archiepiscopus, sed Capitulum administrat: nisi Papa quam cito hoc fieri poterit, super hoc per Capitulum consulendus aliter ordinaret.

Ex decreto Cong. Conc. 7. Augusti 1683, relat. a Bonif. XIV. lib. XIII. de Synod. Dioc. cap. 16. n. 11. Capitulum non administrat, quando Episcopus, licet captus, potest per litteras Diocesis regimini providere, cum tunc ipse jurisdictionis non remaneat suspensa.

Cap. IV. Ecclesia. (18) Ecclesia cathedrali vacante, solus Papa Visitatorem deputat, nisi Archiepiscopus propter negligentiam, vel dolosam Capituli administrationem cum cause cognitione deputaret.

Visitator Ecclesie vacantis ab inferiore a Papa deputatus temporalia, & spiritualia administrat, excepta beneficiorum collatione ad Episcopum pertinente.

IN CLEMENTINIS Lib. I. sub eodem Titulo, & ibi tit. V. Cap. unic. Quia. (19) Si Prælati regulares non conferunt intra sex menses Prioratus, Administrationes, & Ecclesias vacantes, que non sunt de mensa, sed folent speciales, licet obedientiaris, Rectores habere, Diocæsanis auctoritate sua, vel Apostolica, si sint exempta, conferunt illa personis, quibus per Prælatos fuerant conferenda. Non permittunt illa applicari mensis Prælatorum, vel pensionibus gravata. Declarantur etiam Decretales de offic. Ordin. præf. & de Præben. cum singulis in talibus Prioratibus, & Ecclesiis locum habere.

Quædam collationem concordat. Trident. sess. 14. cap. 10. de reform. & sess. 25. c. 23. de Regul.

DE TEMPORIBUS ORDINATIONUM, ET QUALITATE ORDINANDORUM.

TITULUS XI. continens XVII. Capitula.

Cap. I. Subdiaconos. (20) Diebus Dominicis, vel Sabbato Pentecostes Sacri Ordines ab alio, quam a Papa conferri non debent.

Cap. II. Sane. (21) Non valet consuetudo, quod extra statuta tempora Sacri Ordines conferantur.

Et sic ordinati non sunt permittendi in susceptis ministrare, ut in textu.

Cap. III. De eo. (22) Minores Ordines conferri possunt diebus festis; Sacri vero conferri debent in quatuor temporibus, vel Sabbato Sancto, vel Sabbato de Passione.

Concordat. Trident. sess. 23. cap. 8. de reform. & vide correctionem Elencho II. n. XXXII.

Cap. IV. Ex tenore. (23) Criminosus occultus moneri potest, non promoveatur ad Ordines, sed prohiberi non debet.

Vide correctionem Elencho I. nam. IX. & Elencho II. nam. XXXIII.

Cap. V. Ad aures. (24) Religiosus contra prohibitionem Prælati sui ordinari non debet.

Quædam Episcopos recusantes aliquem ordinare vide Elencho VI. n. XLIX.

Cap. VI. Si Archiepiscopus. (25) Metropolitanus ab omnibus Suffraganeis consecratur: Suffraganeus vero a tribus, Metropolitanato jubente.

Suffraganei invitati compelli possunt accedere ad Metropolitanam Ecclesiam pro consecratione Metropolitanam, non obstante decreto Trident. sess. 24. cap. 2. de reform. quæ cavetur tantum, ne compelli possint ad eum accedere prætextu cujuslibet consuetudinis.

Cap. VII. Nec Episcopi. (26) Dicit idem quod in precedenti.

Hi duabus Decretalibus non obstat cap. Bonæ 23. de Elect. in quo constat Archiepiscopum Meguntinum consecratum.

(15) Innoc. IV. (16) Item Baronib. & Comitib. Regni Portugal. (17) Bonif. VIII. (18) Item. (19) Clem. V. in Conc. Pisan. (20) Alex. III. Baroni. Episc. (21) Item Episc. Norforden. (22) Item idem. (23) Item Henricus Althamer. Episc. (24) Item Archiep. Turenensis. (25) Anselm. (26) Ex Conc. Arelaten. 11. Cap. 5. can. 5.

eratum fuisse a solo Cardinali Præf. Episcopo, & Legato Sed. Apostol. quia id fecit ex mandato specialis Papæ propter dispensationem eligentium.

Ceterum hodie cum dispensatione Cathedralium, & Superiorum Ecclesiarum permissum plene jure ad Sedem Apostol. ut in Pontific. Roman. tit. de consecrat. Episcop. par. 1. tit. 23. consecrationes fiant ex speciali commisso. Papa.

Cap. VIII. Cum quidem. (1) Ordinatus extra tempora, suspenditur, donec dispensetur cum eo, & Ordinatus pulvitur.

Vide correctionem Elencho I. n. X.

Cap. IX. Cum secundum. (2) Græci a Latinis ordinari non debent, nec e contra, si in ritu ordinandi sunt diversi.

Vide Additiones meas lib. 1. tit. 15. post n. 4.

Cap. X. Ex parte. (3) Si Monachus unius Ordinis in secundo Ordine, ad quem transiit, recipit Sacerdotium: ad primum Ordinem rediens, in eo libere ministrat.

Cap. XI. Quod Translationem. (4) Si Græcus Episcopo Latino subiectus ordinatur, sine latini licentia a Græco, interdicitur sibi executio; si vero de licentia, tunc toleratur.

Vide notata cap. Cum secundum 9. supra.

Cap. XII. Cum in dispensatione. (5) Ordinatus a Papa, sine licentia Papæ ad superiores Ordines non promovetur.

Perperam ex hoc Innoc. III. textu Gloss. & omne Canonista inferunt hanc assercionem, quæ licet ceteroquin vera, non tamen in eo fundatur, cum hoc agatur de subdiacono, qui non præf. indiget indulto, ut promovetur possit ad superiores Ordines ab alio quam a Papa, quia ab hoc ordinatus esse honoris tantum causa, de qua Can. In parochia 131. can. 16. q. 1. sed quia in ordinatione adscriptus fuerat servitio Ecclesie Romana, ut colligitur ex ipsius verbis textus ut quia Ecclesie Romanae Subdiaconus erat, a qua sine ejusdem Papæ licentia egressi non poterat juxta disposita a D. Greg. Magno Epist. 38. lib. 5. tom. 2. Indict. 13. & a S. Greg. VII. can. 15. relato in ejus Dictato: verum fundatur in responsione ejusdem Innoc. ad Philippum Lampugnans, qui factu XII. erat Archiep. Mediolanen. Epist. 22. lib. 1. tom. 1. edit. Baluzii, ex cujus integro contextu constat eadem Philippo indultisse, ut ad alios Ordines promoveri possit ordinatus honoris tantum causâ, a Romano Pontifice. Hanc ordinationem honoris tantum causâ, per aliam vidimus hæc nostra state a Benedicto XIII. qui statim post Ordinum collationem dispensabat eum a se ordinari, ut a propriis Episcopis promoveri possent alique alio indulto.

Cap. XIII. Litteras. (6) Duo sacri Ordines non possunt conferri eidem uno die, vel duobus, continuato jejunio.

Cap. XIV. Vel non est. (7) Ordinans puerum tredecim annorum in Diaconum, suspenditur a collatione Ordinum, & ordinatus ab ipsius executione usque ad ætatem legitimam.

Suspensio ordinati ex Constit. Pii II. cum ex Sacrorum, incurritur ipso jure, & durat quantum absolutioem obtulerit, non tamen procedit in promerit ad minores Ordines. Circa hujusmodi ordinationem, & omnia Ordini ad hæc respuisse sic ordinari, vide Instructionem Benedicti XIV. super dubiis ad ritum Ecclesie nationis Coptorum in ejus Bullario tom. 1. 4. Maji 1745. n. 5. 20. ad 32.

Cap. XV. Dilectus. (8) Episcopus conferens eidem una die plures sacros Ordines, etiam de mandato Metropolitanum hoc fecerit, ab ordinandi potestate suspenditur.

Cap. XVI. Consultationem. (9) Ordinatus ad Sacros extra tempora statuta, Ordinem recipit, & post poenitentiam cum eo dispensat Episcopus.

Cap. XVII. Quæstum. (10) Occulus criminosus, præter homicidam, post poenitentiam in susceptis ministrat, & ad Superiores accendit: ante poenitentiam monetur, ut etiam in susceptis non ministrat.

Vide correctionem Elencho II. n. XXXIV.

IN SEXTO Lib. I. sub eodem Titulo, & ibi tit. IX. continentur IV. Capitula.

Cap. I. Sape. (11) Episcopus Italiae Ultramontanum non ordinat, nisi de speciali licentia Papæ, vel per parentes litteras Episcopi sui, continentibus justam causam, quæ tenet, vel non possit illum ordinare: si fecus factum fuerit, Ordinans punietur poena condigna, & ordinatus

(1) Urban. III. Archiep. Pisan. (2) Cæsar. III. Hydrunt. Archiep. (3) Innoc. III. Ab. & Cæsar. Carthæ. Birmund. Dioc. (4) Item C. Præf. Card. Apost. Sed. Leg. (5) Item Antonin. Episc. (6) Item idem & Magist. Urban. (7) Item idem. (8) Item idem. (9) Item idem. (10) Item idem. (11) Item idem. (12) Greg. X. in Gener. Conc. Lugdun. (13) Bonif. VIII. (14) Item. (15) Innoc. III. (16) Alex. III. Consuet. Archiep. (17) Greg. IX. (18) Ex Conc. Pictavien. (19) Alex. III. Constitut. Archiep.

manebit suspensus: ita quod etiam a Poenitentiaris Patre sine ipsius speciali licentia absolvi non poterit.

Hodie ex Constit. Bened. XIV. Pastor bonus 13. Aprilis 1744. §. 6. Major Poenitentiaris habet facultatem absolventi ab hæc suspensio ab ipse speciali licentia Papæ. Ex Constit. Urbani VIII. Secretis 11. Decem. 1624. interdicitur Episcopi trahere ad quoscunque Ordines, utque eorum ad Clericalem Tonsuram Ultramontanam, nisi dimissa ipsorum Ordinariorum recognita, & subscripta fuerint a Nunciis Apostolicis, seu Collegiis avarum Regionum, ne istidem recognita & approbata ab Urbis Vicario, sub pena in Ordinantes suspensionis per annum a Pontificalibus, & perpetua suspensionis in Premoter ipso facto incurrendæ.

Cap. II. Eos qui. (12) Qui scienter ordinaverint Clericum alienum, per annum a collatione Ordinum sunt suspensi: & postquam suspensio fuerit manifesta, poterunt subditi sine ipsorum licentia a vicinis Episcopis ordinari.

Vide ampliationem Elencho III. n. IV.

Cap. III. Cum nullus. (13) Episcopus originis, domicilii, vel ecclesiastici beneficii commendatarius ad Ordines dare potest: inferiores Prælati non, nisi ex privilegio, nec officiales Episcoporum: sed ii, qui habent administrationem spiritualium, illas bene concedunt.

Vide Elencho VI. n. XXXVIII. & correctionem Elencho II. n. XXXV.

Possunt Episcopi ordinare Priores prioratum non exemptorum, & ipsorum socios, quando morantur in illis: licet inde non fuerint oriundi.

Cap. IV. Nullus. (14) Episcopus, seu alius inferior primam Tonsuram infantem non confert, nisi Religionem interret: nec homini illiterato, nec homini alterius Diocæsanæ, abique sui Prælati licentia, nec etiam conjugato, nisi Religionem interret, aut ad sacros Ordines promovetur legitime: alias consecraciones incurrit suspensionem per annum annum a collatione clericalis Tonsuræ dumtaxat.

Vide ampliationem Elencho III. n. VI.

DE SCRUTINIO IN ORDINIBUS FACIENDO.

TITULUS XII.

Cap. unic. Ex parte. (15) Episcopus interrogatus in scrutinio Episcopi ordinandi, potest respondere illum indignum, si non novit illum indignum.

DE ORDINATIS AB EPISCOPO, QUI RENUNCIAVIT EPISCOPATUI.

TITULUS XIII continens II. Cap.

Cap. I. Requisit. (16) Episcopus qui renunciavit loco tantum, invitatus conferre potest Ordines, licet prius. Si vero & dignitati, cum ordinato per eum ad minores, vel ignoranter ad Sacros dispensat Episcopus suis: cum ordinato vero scienter ad Sacros non dispensat.

Cap. II. Cum Clericis. (17) Cum Clericis, qui ab excommunicato Episcopo ignoranter Ordines receperunt, per suos poterit Episcopos dispensari.

Intellige, si ignorantia fuerit crassa, vel supina. Si vero scientes mala fide id fecerint, dispensandi sunt a Papa. At si scilicet ignoraverint, non erant proprie suspensi, neque irregulares, sed improprie, quatenus ante dispensationem peccant ministrando in susceptis post habentem notitiam. Theaur. de Poenis Verb. Ordo Cap. 24.

DE ÆTATE, QUALITATE, ET ORDINE PRÆCIENDORUM.

TITULUS XIV. continens XV. Capitula.

Cap. I. Ut Abbates. (18) Agit de illis, qui ad Ordines sacros lue dignitati, & gradu congruentes necessario promovendi sunt sub poena amissionis Prælature, dignitatis, & præbendæ. Concordat. Conc. Trident. sess. 22. c. 4. sess. 24. c. 12. de reform.

Cap. II. Ex ratione. (19) Ecclesia dispensative minori concessa, non per Laicos sed per Clericos regi debet, donec ille perveniat ad ætatem.

(12) Greg. X. in Gener. Conc. Lugdun. (13) Bonif. VIII. (14) Item. (15) Innoc. III. (16) Alex. III. Consuet. Archiep. (17) Greg. IX. (18) Ex Conc. Pictavien. (19) Alex. III. Constitut. Archiep.